



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Archiepiscopatus Et Electoratus Trevirensis

Abtei Sankt Maximin <Trier>

Avgvstae Trevirorum, 1633

Littera P. Testimoniales Cameræ Spirensis, Supremi Imperij Tribunalis, ad
Cæsarem, Spirâ 2. Ianuarij 1628. è Germanico in latinum fideliter
translatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62152)

TESTIMONIALES CAMERÆ SPI-
rensis, Supremi Imperij Tribunalis, ad Cæ-
sarem, Spirâ 2. Ianuarij 1628. è Germani-
co in latinum fideliter translata.

NOs Ferdinandus II. Dei gratia, Romanorum Im-
perator &c. Fatemur, ac omnibus hisce nostris Cæ-
sareis literis manifestum facimus & attestamus. Postea-
quam, in Iudicio Imperialis nostræ Cameræ, iuxta Pro-
tocollum & acta, 17. Februarij 1570. in causa Exemptio-
nis, tunc temporis, Cæsarei Fiscalis Actoris ex vna, con-
tra quondam Iacobum Archiepiscopum Treuirensis
ac Principem Electorem Eximentem, ac contra Abba-
tem S. Maximini exemptum altera partibus, de Iure de-
cisum ac pronunciatum sit, prædictos Reos, ab intenta-
ta actione absolvendos ac liberandos, litisque expensas,
ex causis mouentibus, compensandas esse: Et super hoc
Dominus Philippus Christophorus, modernus Archie-
piscopus Treuirensis, Sacri Romani Imperij per Gal-
liam & Regnum Arelatense Archicancellarius, Episco-
pus Spirensis, & Præpositus Weissenburgensis, per dile-
ctus noster Cognatus, Elector, Consiliarius, ac Came-
ræ nostræ Imperialis Iudex, apud iam dictam Cameram
nostram, Testimoniales, quo in iudicio nempe antedicta
sententia lata sit, per Sux Dilectionis Procuratorem
supplicando sollicitauerit, quæ etiam ipsi hoc infrascri-
pto die adiudicata fuerunt; Quod in allegata exem-
ptionis causa, prædictus Fiscalis, Anno 1549. 1. Iunij loco
sux querelæ, petitionem articulatam iudicialiter exhi-
buerit, in cuius sine petierit, decerni & pronūciari, quod
dictus

N. 330.
Ferdinan-
dus II. Im-
perator at-
testatur Ar-
chiep̄m &
Abbatem
ab actione
Fiscali, sen-
tentia Ca-
meræ Spi-
rensis abso-
lutos.

N. 332.
Petitio &
conclusio
Cæsarei
Fiscalis cō-
tra Archie-
piscopum
& Abba-
tem S. Ma-
ximini in

causa ex-
emptionis
in petito-
rio.

N. 332.
Cæsareus
Fiscalis
suas pro-
batio-
nes, & Ar-
chieps suos
defensio-
nales ad pe-
titorium
direxerunt.

N. 333
Rei con-
uenti abso-
luti sunt.

dictus Abbas ad Imperium spectet, & Prælatus Sacri Romani Imperij sit, ac proinde omnes Imperij ordinarias & extraordinarias, liberas & non liberas Collectas & quotationes, quæ, quouis tempore, ex recepto more, communi consensu, exactæ sunt, soluere teneatur; & quod desuper dicto Archiepiscopo Treuirensi & Electori, non attentâ illius præsumpta exceptione & interesse, perpetuum silentium imponendum sit; Aut si omnino Elector audiri, & Abbas S. Maximini eximi iure debeat, quod tunc Ipse, Abbatis ordinariam & extraordinariam, liberam & non liberam quotam, & quotationem, quouis tempore, in Sacro Romano Imperio, applicatam & iniunctâ, pro dicto Abbate, ponere & numerare teneatur; & sic Actor Fiscalis, per hæc, tam quoad supramemorati Archiepiscopatus, in S. Maximino immediatam, quàm etiam, quoad collectandus, petitionum instituit; Et eò non minus, ipse Fiscalis suas probationes, quàm Eximens Elector, suas defensuales, cum suis probationibus, direxerunt. Ab hac autem actione, iuxta præallegatam sententiam Rei conuenti absoluti sunt. In quorum fidem hæc Testimoniales, nostro Cæsareo Sigillo munitæ, concessæ sunt. Datæ in nostra & Sacri Romani Imperij Ciuitate Spirensi 2. Mensis Ianuarij. Anno 1628. Regnorum Nostrorum Romani nono, Vngarici decimo, & Bohemici Vndecimo. Ita subscriptum. Cyprianus Vomelius Stappert Doctor, Præfectus. Franciscus Henricus Faust, Iudicij Imperialis Camerae Protonotarius.

Litte-